

F.K. 65

29

Reyher.

Tab

Z d  
5983

35.

PRÆMATURUM & LUCTUOSUM,  
BEATUM tamen OBITUM

*NOBILISSIMÆ & Sexus sui virtutibus Ornatisimæ*

VIRGINIS

CHRISTIANÆ  
ROSINÆ,

VIRI

*NOBILISSIMI, AMPLISS. CONSULTISS. & EXCELLENTISS.*

DOMINI

VVOLF GANGI AN-  
DREÆ REYHERI,

JCti Celeberrimi & Reipubl. Zvviccaviensis  
Consulis Benemeritissimi,

*FILIAE DILECTISSIMÆ:*

VIRI

*NOBILISSIMI, EXCELLENTISS. & EXPERIENTISS.*

DOMINI

CHRISTIANI ERNESTI  
CLAUDERI,

Medic. Doct. ac Ordinarii apud Cygneos  
Dignissimi,

SPONSÆ DESIDERATISSIMÆ;

Ad


*Testandam ΣΤΗΜΠΆΘΕΙΑΝ*

Collacrymare voluerunt

*Piè DENATÆ*

DNI. PARENTIS & FRATRIS

AMICI & FAUTORES.



FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Literis JOHANNIS COEPELII, Acad. Typogr. Anno M. DC. LXXXII.



X 2056883



**S** muß die schönste Zucht die Augen lassen schliessen /  
 Und ein sehr früher Tod der Tugend Lohn nur seyn:  
 So muß die Hochzeit Freud in milde Thränen fließen  
 Vergehen / und die Braut im Sarg sich hüllen ein.  
 Kan da dis Tugendbild die Freude so genießen?  
 Als Sie verdienet hat durch Ihre Frömmigkeit:  
 Kan da des Liebsten Arm Sie herzlich so umschliessen?  
 Als vor / da Sie genoss des Lebens Lieblichkeit.  
 Ja freylich solte nicht wol Ihre Seel ergehen  
 Weit besser Abrahams als Ihres Liebsten Schoß:  
 Da aller Engelschaar Sie zwischen sich wird setzen /  
 Und Sie vergnüglich seyn von allen Kummer loß.  
 Demnach wer wolte wol die Thränen nicht abwischen  
 Von seinem Angesicht? die Dieser Schönen Tod  
 Hat ausgepreßet; und das Leid mit Freud vermischen?  
 Weil man versichert ist / daß Sie aus aller Noht  
 Die hier in dieser Welt Sie hätte stets beschloßen /  
 Befreyet ist / und nun für Gottes Augen schwebt:  
 Wo mit der Freuden Meer ist Ihre Seel beslossen.  
 Wol dem der zeitlich so des Himmels Glück erlebt!

Die Freundschaft / so mit dieser Seligen Herrn Bruder  
 gepflogen / und noch pflege / zu bezeugen / schrieb ich  
 dieses mitleidend

**Leopold Friederich Baus /**  
**Edler Herr zu Putlig.**

**M**ens, quæ terrenis rebus cœlestia præfert  
 Fastidit mundum, gaudet amore DEI  
 Hic redamat mentem, sibi quam scit fidere soli,  
 Ac à peccatis ad pia fausta trahit.  
 Hinc festinat eam miseræ subducere vitæ  
 Ut ferat ad superi gaudia mille poli.  
 Hanc sortem sensit *Reiberi Gnata* beatam  
 Dum mundum properans ad sua tempe fugit.  
 Nam quem terrenum Deus amplexatur amore,  
 Is juvenis celeri morte peremptus obit.  
 Ne mala damnatam reddant consortia vitam  
 Seducant, mentem crimine labe notent.  
 Virgo quidem dilecta fuit Denata Propinquis,  
 Delicium Matris, Filia grata Patri.  
 Ast magis à Jova Divo dilecta Parente  
 Hanc qui compellat: *chara columba Veni.* Arde-

Ardebat Sponsæ magno Clauderus amore,  
 Majori vero Numen amavit eam.  
 Nam placuit Sponso vitæ probitate supremo  
 Inde forum summi mutat amore Chori  
 Illic est Thalamus, tumulus non amplius ullus  
 Sponsus ubi Sponsæ funera nulla videt.  
 Ergo Pater, Mater, Cognati, Sponse, Propinqui  
 Tollite de vestris flumina fusa genis.  
 Non obiit Virgo sed semper Viva per æva  
 Reddetur vobis rursus in Axe poli.

Testandæ. *σὺμπαθείας*

**M. JOHANNES CHRISTOPH. LUDECUS,**

Eccl. Francof. Pastor & ejusdem Diocesis Antistes.

**S** Ex lustra annorum fluxerunt, quando *Themistos*  
*Frankfurti* Nobis *Ductor & Autor* eras.  
 Macte tuo studio, quod confert tot Tibi honores,  
 Ut dignus *Patriæ Doctor & Hector* oves.

De Natis grator, *Soboles Viadrina* patrisset,  
 Et qui sunt, referant gaudia multa, domi.  
 Hæcce *repentinâ* Fatum si *morte* refellat,  
 Condoleo partes, *REYHER Amice*, Tuas.

*Ἄνδρείως* *Vivis* benè, Si quoque ferre dolores  
 Discis, quos infert *summus Jova* Tibi.

Divinis Animis serò *Medicina* paratur  
 In Terris, *Christus fit Panacea* polo.

Et Pater, & *Sponsus*, quamvis *Podalirius*, adstent,  
 Elysiis campis *Nata Rosina* rosa est.

Ast mœrorifero vestro *medicetur Amori*,  
*Unica* *Christjanæ*, *Sponsus* in æthre, *Salus*.

Hoc Viro Nobilissimo & Consultissimo, Amico in-  
 te gerrimo, Sincerum *σὺμπαθείας* *τηκμήριον*,  
*Ziebingâ* mittit

**MICHAEL MAGIRUS à LOGAW.**

**H** Eu! *CHRISTIANA ROSINA* arctè sua lumina claudit,  
*FILIA REYHERI*, quem colit alma *Themis*.  
*CLAUDERUS* Thalamo quam destinârat amore  
 Casto, quò multâ prole bearet Eum.  
*FILIUS* ecce *DEI* thalami felicitis honores  
 Optatos mandat *Sponsulam* adire Poli.  
 Ne temnas *Generum*, bipedum est pulcherrimus Ipse,  
 Atque suam *Sponsam* letificare potest.

*Σὺμπαθείας ἐνσκη* Pauca hæc deproperavit

**JOANNES CHRISTOPHORUS NEANDER,**

Archi-Diaconus. Elect. Brandenb. Coloniens. Advocatus & In-  
 cluti Equestris Ordinis in Districtu Lubusiano Syndicus.

Indo-

**I**ndole si Gnati, cui rara modestia Palmam  
 Tradidit, in nostri sudantis vertice Pindi  
 Gnaviter, ex pulchra, **VIR CONSULTISSIME, Natam**  
 Conjicio, Lessus me non errare fatentur  
 Nobis transmissi, flentur queis funera Natae.  
 Quam sancti mores, teneris ac omnis ab annis  
 Vita probant, ipsi licuit dum ducere vitam.  
 Acrius unde gemens Denatam turba piorum,  
 Urbis Vigineiq; chori sibi luget ademptam.  
 Ingemit atq; Pater, Matris simul æstuat ingens  
 Corde dolor. Jubet atq; pios intendere fletus  
**CLAUDERUM** Sponsum pietas, qui planctibus addit  
 Planctus & lacrimas lacrimis immerfus acerbo  
 Luctu, portitor ille Charon quòd venerit undas  
 Lethæas jam transvecturus eam, dolet inde  
 Surreptam sibi. Sed sanctus quòd vindicat ipsam  
 Arbiter ille Poli sibi, jure facit. Pater ergò,  
 Olim cui tribuit fors non temeraria nomen  
**ANDREÆ**, vir erit: charæ properataq; Natae  
 Fata feret cum Matre pia patienter: Et ipse  
 Sponsus idem faciet. Sponsæ felicior est fors  
 Jam tantò, quantò formosior ille **JEHOVA**  
 Ambit Sponsus eam, jungens dextramq; fidemq;  
 Jugiter, æterno qui spondet fœdere pactum.  
 Illum sic ergo, Pietas quem quærere sponsum  
 Jussit, habet. Mens hinc pulchræ super æthera Sponsæ  
 Vecta ait exultans: Ἐφυγον κακόν, ἔυρον ἀμεινον.

Monitu lacrimarum ob beatè denatam Sororem à fratre, Commenfali suo dilectissimo effusarum, supremi honoris ergo hæc scrib.

**M. TOBIAS** Kraske / *Frankofurti ad Viadr.*  
*Templi Infer. Ecclesiastes.*


**Q**uis, **CLAUDERE**, dolor tacitus præcordia pulsat?  
 Mæsto cur vultu dejicis atqve oculos?  
 En! quem(\*) læta decent & millia fingere vultu  
 Gaudia, quique aliàs blandus & esse solet;  
 Obducta nunc fronte stupet, ceu Marsya victus  
 Attonitus quondam & ceu Creperejus erat:  
 Sed quæ causa subest? quid? sunt mutata dolore  
 Gaudia? cur luctus plangor, & angor, adest?  
 Heu! quæ Conjugio mihimet jungenda marito,  
 Sub leges subito mors rapit atra suas.  
 Dulce decus raptum est, mihimet, quæ magna **PARENTUM**  
 Spes fuit, heu! celeri morte lugenda jacet.  
 Delicium quæ dicta, mihi dolor, atqve Parenti  
 Facta simul mœror, Fratribus & lacryma.  
 Sic immerfit Hymen lacrymis, mox tristibus implens  
 Tædas accensas ipse Cupido suas.  
 Sistite sed fletum, nec non auditæ loquentem  
 Defunctam, mœsti, quæ pia verba facit:  
 Dilecti non flete, mei, sum reddita cœlo,  
 Imposita est Capiti læta Corona poli.  
 Sum subducta malis, hominum quæis vita repleta est.  
 Pascitur intuitu mens & amore **DEI**.

(\*) *Qui quærit Sponsam,*  
*jejunia seponit, relin-*  
*quit austera, totum se*  
*dat gaudiis, epulis in-*  
*dulget: totus blandus*  
*totus amabilis, totus*  
*festivus incedit, & fa-*  
*cit totum quod Sponse*  
*tenera requirit affe-*  
*ctio. Chrysológus:*  
*Serm. 31.*

Συμπάγων

scrib.

J. G. B.



F.K. 65

29

Reyher.

Tab

Z d  
5983

35.

PRÆMATURUM & LUCTUOSUM,  
BEATUM tamen OBITUM  
NOBILISSIMÆ & Sexus sui virtutibus Ornatisimæ  
VIRGINIS  
CHRISTIANAÆ  
ROSINAÆ

VIRI  
NOBILISSIMI, AMPLISS. CONSULTISS.  
DOMINI  
VVOLFGANGI  
DREÆ REYHERÆ

JCTi Celeberrimi & Reipubl. Z  
Consulis Benemeritis

FILIAE DILECTISS  
VIRI

NOBILISSIMI, EXCELLENTISS. &  
DOMINI

CHRISTIANI EIUS  
CLAUDERI

Medic. Doct. ac Ordinarii ap  
Dignissimi,

SPONSÆ DESIDERATI

Ad

Testandam ΣΤΗΝΙΑΘΕΙΑΝ

Collacrymare voluerunt


Piè DENATÆ

DNI. PARENTIS & FRAT

AMICI & FAUC



X 2056883



FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Literis JOHANNIS COEPELII, Acad. Typogr. Anno M. DC. LXXXII.

